IN FAUSTUM NATALEM DIEM VICTORII EMANUELIS HUIUSCE NOMINIS SECUNDO ITALIÆ REGIS MENSE...

Digitized by Google

16
scfed.

IN

FAUSTUM NATALEM DIEM

VICTORII EMANUELIS

HUIUSCE

NOMINIS SECUNDO

ITALIÆ REGIS

Mense Martio — Ann. MDCCCLXVI

PINEROLO
TIPOGRAFIA DI G. LOBETTI-BODONI
1866.

Digitized by Google

Digitized by Google

CARMEN

Ille ego, qui ex animo toties carminibus alte
Te celebrans, vexi nomen ad astra Tuum;

Quique Tui luxi funus lacrymabile Gnati,
Atque tuli cordi tristia verba Tibi,

Rex invicte, Tuum dum nomen fausta reportat
Aurora, et læte litora cuncta sonant,

Adsurgo Tibi festans, et nova carmina mitto,
Queis pro *Te* ardenti e pectore vota feram.

Jure Tuum Natalem, *Rex generose,* quotannis
Et plausu et cythara concelebrare decet;

Quippe tuæ benefacta manus renovare quotannis
Gaudes, quoque soles quin renovare die:

Innumeri, quos virtutum lux alma tuarum
Perculit, aut pietas iuvit et auxit ope,

Digitized by Google

Ad cœlum palmas tendunt atque ora precantes
Ad Floræ sedes omnia fausta Tibi.

Blandius oh Tuscis spirate e collibus auræ,
Et plenam Regi ferte salutis opem!

At procul a nobis dum dulci Tu, aere Princeps
Gaudes, atque Arni florea rura colis,

Numquam oh! nostrum Te capiant oblivia rerum,
Volvito at Italiam mente animoque tuam:

Sedes quodque Tibi has nostras habitare quotannis
Atque Tuis placuit, *marmora sculpta docent*;

At, *Rex*, usque tuum, duro quam marmore sculptum
Altius in nostro pectore nomen erit!

Blandius ab Tuscis spirent Tibi collibus auræ!
At Fortis Populi sis memor usque Tui!

Salve! salveto, Rex invictissime, Salve!
Sit felix regnum propitiumque Tibi!

Salve! sisque potis per tot discrimina rerum
In tutum Italiæ ducere navigium!

MELOTTI JOSEPHUS
in Regio Pinarolienſi Gymnasio
Professor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google